

²¹
B2281

FASCES CONSVLATVS
ACADEMICI
VIRO

SVMME VENERABILI MAGNIFICO
EXCELLENTISSIMO

D O M I N O
I O A C H I M O
S A M V E L I
V V E I C K H M A N N O

SS. THEOLOGIAE DOCTORI
EIVSDEMQUE IN ALMA VITEMBERGENSI PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO PERQVAM CELEBERRIMO ALVMNO
RVM REGIO ELECTORALIVM EPHORO LONGE
GRAVISSIMO

D O M I N O P A T R O N O
A C P R A E C E P T O R I
P A T R I S I N S T A R P I A M E N T E A E T E R N V M
D E V E N E R A N D O

A. CIC CI CC XXXXVI XV CAL. NOVEMBR
AVSPICATO PRIMVM CAPESENTI

O F F I C I V M P I E T A T I S S V M M A M Q
R E V E R E N T I A M
T E S T A T V R I
F E L I C E S F A V S T O S A C F O R T V N A T O S
C V P I V N T
C I V E S H V N G A R I

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TXPIIS



Lumina praerereunt ripas , nae
saecula Pyrrhae
Dira redire cupit pifcesque ha-
rre praealtis
Arboribus , quisquis confucto
dissecet undas
Littoribusque agros sed utraque
ex parte uicinos

Imprudens muro , seu fluxus ille morari
Audax se credat , uel forte remittere terrae
Contendat primae . Nemo praestabit id ipsum ;
Sic reuocare potest hominum nemoque deorum
Quod uer aut aestas tempus tullit , hoc minus imo
Restituent lapsum , quo non variabitur ordo
Quo Titan currit . Celerat nunc bruma uenire ,
Nec rident horti , nec quis leget arbore fructus ,
Cernemus uiridem , res haec ingrata , colore
Mutatum flauo , cernemus denique ramos
Orbatos foliis , niuium post pondere pressos .
Sed Musae exudent in plausus mille sonantes ,
Exornentque caput lauro , si fronde polire
Non licet his alia : nostrum quoque colligat omnis
Puluerem Olympiacum , qui rectis adnumeratus
Aonidum ; sic nos tristi moerore carere ,
Sic planctu tristi , sic solui in gaudia mille
Obseruans iussit pietas , cultoribus autem
Iupiter est consul laetis sua nata uocetur .
Arma tacent , Bellona tacet , sonitumque tubarum
Amouit Pallas , ac gratas explicat artes .
Nam uoluit prodire diem , qui lustrat ad Albim
Almam luce sua , sedemque chorumque refertum
Doctis , augustos haec MAGNO cessit honores
VVEICKHMANNO celebri maiorum stemmate nato .
Vidimus hanc palla sociasset dum sibi lectum
VVEICKHMANNV M tectam regali , uidimus etiam
Leucoris ad cultam uariis uenisse Lyceam ,
Tempus adest , moestam , Tritonia uirgo , cupressum ,
Inquit , Moeoniae conferre caueu forores ;
Tendite nunc potius chordas , inflate sonora
Cornua : fecerunt ; uerum cessabit , et inde
His quaedam reliquis semet subduxit , ut auro
Distinctas uestes , mitram trabeamque nitentem ,

Ocyor atque ferat sceptrum clavesque librumque:
Sacras his latis aedes intrare parabant;
Iamque caput viridi myrto impediens tenellae;
Iam palmis strauere uiam; iam pectora torque
Ornauere, suis posuere monilia collis.
Mox duxere, GRA VEM VVEICKHMANVM,
NOBILE LVMEN!

In templum, quantum fortunae aduexit Eous!
Iam picta subito VVEICKHMANV M ueste Minerua
Ornauit, quam Musa tulit, iam traditus huius
Pileus est manibus, iam clavis, iam liber ille.
Hic uersus struxere pios, hic carmina; at illic,
Cui facundia erat, fecit iam uerba; uel ille
Plaudebat, fudit superis hic debita uota.
Festa dies quam fausta uiris queis otia curae!
Euexit si quem fortuna secunda, beatus,
Sed mage quem integritas: VVEICKHMANV M
euexit utrumque,

Excellens in quo radios per Teutonis oras
Seu uis iudicii, seu quae debentia cunque
Proferri, iaciunt, his distans incola Panno
Vestitur sparsis, aude cum cetera regna.
Ignarus patitur, nec enim res mira, ruinam;
Quisquis, ut hoc sydus, tollit sua lumina sursum,
Intueatur. Enim uero sapientia tanta est
VVEICKHMANNO, partim quae mente inuenta perite;
Partim quam Numen quauis a gente uocandum
Concessit: Saxo, miretur, ut Hungara, in ipso,
Illustrem, tellus; mirari non satis autem
Posse nimis doleant, quam cuncti denique quod sit
Norunt, at lateat quae quanta scientia lance
Metiri timeant. Ergo quis saluus eundem
Conspiciat solem, rursum quo multa reluent
Quae uix Cecropios radiarunt sydera muros.
O ingens uirtus nullum reticenda per aeuum!
Qualem successus tandem comitatur opimus,
Dextraque fors, sed quae probitatis filia uerae,
Cuius et optatum saepe est contingere portum.
Iapiga placido, VVEICKHMANV M, finibus, alto
Commisiss ratibus pelago, nunc reddidit io
Cypria trabs, quae tum distantri recta polorum
Cardine, tum uenti domitore profecta deorum.
Vlro referre VIR VM, coeptori desistere oportet?
Cogito; quum Fabium res delassare loquacem

Magna queat; quum serpat humi mens nostra, futuri,
Dicendum quid fors, aut est incauta, uel haeret
Quod nerui desint. Calamis instructa canoris
Si minus Euterpe cohibens succurrat egenis
Auxilio, (spes est,) unum reuocare licebit.
Scilicet auspiciis avium uolitasse cohortes
Pierides ter tres creuere per aera saluis;
Auribus attentis nos uocem exceperimus omnes.
Fluctibus urgeri solidam sapientis arenam
Saxonis haud unquam, qua regnis turma remotis
Decerat socia solers, luctatur utraque,
Coniecit penetrans animi prudentis acumen.
Saepius irrorans insonti sanguine terram
Sacra, ruensque plagas, cui semper ab hoste struuntur,
Concio, VVEICKHMANNO moderabitur, ut cynosura,
Fastigium summum concendet docta palaestra,
RECTOREMque suum defensoremque paternum
Obtentura simul. Namque est reverentia iusti
Intemerata VIR O, sonem' cui siste bonumque,
Laudibus hunc, illum stimulis ad recta decoraque
Aequus ager; uerum parct si deuus: audit,
Saxa rigid, canis, Sifyphi, obducta pruinis;
Monstrofis cinctus quis celso cacumina monteis;
Nescius hancke petat partem, ueriusne Bootes
Tendat, Marsus aper gradiatur, an efferus ursus
Murmuret: ille uagum ueniens educet, et astris,
Quis non deflectat, monstratis, corriget, heros.
Iam decet, ut NOSTRO nunc declaremus ad unum
Orti Pannonia gratae mentis monumentum.
Quippe coronatum gaudemus honoribus, utque
Indomitam uitare! Noti superareque possit
Ambabus pugnis rabiem, si finibus eius,
Sint licet humani, sint sacri, saeva resistat
Ad diuum affiduo geminas componere palmas
Supremum nulli cessabimus, atque precari.
Iucundus Zephyrus coelo constanter amico
Sipret, ut hanc metam ualeat contingere saepe,
Cuius nunc causa sublimi vertice gestat
Victricem laurum: pendentia fila trahentes
Non rumpant Parcae VVEICKHMANV M secula
multa
Incoluem seruent. Fragranti flore Camoenae,
Artes, religio, pietas, et cuncta uirebunt

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle
006 310 079

3




6017
6018

rCoLVIse
foCos :
e prVInas;
eqVI.
PnDI,
Cor;
benlgno,

em & Amicum integerimum
u in Patriam reducem comitari

AS WEINERT
SS. Theol. & Phil. Cult.



20

FASCES CONSVLATVS
ACADEMICI
VIRO
SVMME VENERABILI MAGNIFICO
EXCELLENTISSIMO
**DOMINO
IOACHIMO
SAMVELI
VVEICKHMANNO**
SS. THEOLOGIAE DOCTORI
EIVSDEMQVE IN ALMA VITEMBERGENSI PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO PERQVAM CELEBERRIMO ALVMNO
RVM REGIO ELECTORALIVM EPHORO LONGE
GRAVISSIMO
**DOMINO PATRONO
AC PRAECEPTORI
PATRIS INSTAR PIA MENTE AETERNVUM
DEVENERANDO**
A. CIC ID CC XXXXVI XV CAL. NOVEMBR
AVSPICATO PRIMVM CAPESENTI
**OFFICIVM PIETATIS SVMMAMQ
REVERENTIAM**
TESTATVR
FELICES FAVSTOS AC FORTVNATOS
CVPIVNT
CIVES HVNGARI

VITEMBERGAE
PRELO EPHRAIM GOTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS